

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Grammatica

[Straßburg], [um 1495/97]

Magister legit [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-289396](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289396)

homo est asinus. Vel fm antiq̄s. Intransitiua est illa in qua non fit transitio sup obliquū. vt magister legit. Transitiua est duplex. scz actuum 7 personarum. Transitiua actuum est illa in qua fit transitio super obliquum. et alterum constructibile significat actum. vt lego librum. Transitiua personarum est illa in qua fit transitio super obliquum. et neutrum constructibile significat actum. vt liber plato nis. Intransitiua similiter est duplex. scz. Intransitiua actuum. 7 Intransitiua personarum. Intransitiua actuum est illa in qua nō fit transitio super obliquum. et alter constructibile significat actum. vt magister legit. Intransitiua personarum est illa in qua non fit transitio super obliquum. 7 neutrum constructibile significat actum transitiuē. vt albus vir. Aliter solent diffiniri preter dictae species constructionis. sed predictae descriptiones plus valent ad instruendum pueros. Sciendum etiam q̄ triplex est questiuum per que querimus de constructione. scz. Que qualis. quanta. Per que querimus dupliciter. Primo. que vocatur ista constructio. Ad qd̄ respondetur. Suppositi cum appposito. Verbi cum obliquo. et sic de alijs. Secundo sic. Que est ista constructio. Ad quod respondetur. Transitiua vel intransitiua. Ad qualis respondetur. Congrua vel incongrua. Ad quanta respondetur. Perfecta vel Imperfecta. vt in sequentibus manifestabitur exemplis.

Magister legit Est constructio. Est. Que vocatur Suppositi cum appposito. Que est ipsa. Intransitiua actuum. Unde hoc scitur. Diffinitione et regula. Quomodo diffinitione. quia ibi non fit transitio super obliquum et alterum constructibile significat actum. Quomodo regula. quia casus a parte ante rectus facit constructionem intransitiuam actuum. Versus. Appo cum suppo. facit ac intransitiuam. Qualis est ipsa. Congrua. Quare. Quia constructibilia eius debite sunt vnita scdm regulam artis grammatice de hoc datam. Scdm quam regulam. Suppositum et appositum debent conuenire in numero. in persona. et in rectitudine casuali. Quanta est ipsa. Perfecta. Quare. Quia perfectam sententiam generat in animo auditoris.

Legō librum Est constructio. Est. Que vocatur ipsa. Verbi cum obliquo. Que est

B